hoc celo. quia latet nostros sensus. ⁊ philo.
ad huc minus. tamen ponere est celū epireus

sicut dicit sacra scriptura. In p̄cipio creauit
deus celum ⁊ terram. Strabus exponit de
empireo. ⁊ hoc probat p̄ litterā sequētes. qđ
firmamentus ⁊ celum aqueū facta sūt scđo
die. Et Damas. hoc exponit In p̄cipio
creauit deus celū ⁊ terrā. i. sine stellis sper
iforme. ¶ Ponēdum est etiā illud celus. quia
psuadet ratio finis triplex. Una est p̄fectio
uniuersi. Alia est propter motum firmamē
ti. Et tertia principalior propter habita
tio nem hominis beati. Et quoniam finis ipōnit
necessitatem his que sūt ad finē. Propter
p̄fectionem uniuersitatis necesse est ipsum
ēē uniforme. quia cū sit celus luminosus dif
forme. si nō ēē uniforme non esset uniuersū
pletum. Propter motū firmamēti pōnen
dum est ipm immobile ut motus mobilis fiat
circa immobile scilz centrum ⁊ intra continens
immobile ⁊ locas. s. empireū. Propt̄ habita
culū hominis beati pōnedū est ipm ēē lumi
nositatis p̄fecte ut habitatio coniūgat suo
habitatori. ¶ Ex his ergo colligitur quare
sit factum ⁊ cuius sit dispositionis iter alios
celos quia uniforme. immobile ⁊ luminositatis
p̄fecte. ¶ Qđ obicitur. qđ non est uniforme
quia ornatum est. Dicendum qđ ipsa lux
propter sui nobilitatem ē sibi ornatu. quo
niam ergo corpus illud est luminosum p̄ to
tum alio ornatu non indiget. ¶ Uel potest
dicti qđ sicut illud celum decoratū est astris.
ita illud angelis qui sunt quasi astra celi em
pirei. Iuxta illud Job xxxviij. Cū me lau
darēt astra matutia. ⁊ itez. Astra ei⁹ erūt
hoies beati. ⁊ q̄si sol ei⁹ erit agn⁹ dei. ¶ Qđ
obicit. qđ sol diffundit lumē in ip̄s epireum.
Dicendū qđ illi⁹ corporis nō ē recipe lumē ad
min⁹ ab inferiorib⁹. Et rō ē limitatio v̄tutis
a p̄te sol. qđ nihil agit ultra finem sibi a dō
stitutū. vnde sicut ignis stat cū p̄uenit ad
origōta nec ultra progredit. ⁊ t̄ra cū p̄uenit ad
cētrū. ita sol radiū nō protēdūt ex firma
mētū. qđ lucerna ē h⁹ uisibil⁹ orbis. alia rō qđ
maior insuetia absorbet minore. ⁊ ideo tāta
est illius celi insuetia qđ ad ipsum non p̄ue
nit minor. sicut candela non illuminat solē.
¶ Qđ obicitur. qđ mobile quia spericum ⁊
propinquū. Dicendū qđ ad motū nō sufficit
sperica figura. s. etiā necessariū est ut dicūt
aliqđ loc⁹ cōtines ⁊ rōnabile uidet. necessari⁹

est etiā absq; dubio effectus uel utilitas mobilis uel alterius. quoniam ergo celū illud nō est i alio. quoniam est uniforme p totū per sui motū nihil faceret. et ideo est immobile. **S**it quia est uniforme nō habet moueri. quia nō habet dextrū et sinistrū. **S**ed prima ratio d' imobilitate nō habet multā necessitatē cum motus circularis fm philo. nō requirat locū in quo sed circa quē. **S**cō de inutilitate nō similiter. quia similiter posset dici de aqueo. **E**odē mō de tertia. **P**reterea. **D**extrus et sinistrū sunt in celo non rōne diuersitatis ptiū sed rōne influentie motoris. illud satis facili ter pbat. quia dextrū et sinistrum nō mutatur qz is ptes omnes celi mutetur. et ideo ratio quare nō mouetur est. quia de nihil influit sup ipsum ad motū. sed ad quietem tantū. et sicut influentia dei mouet firmamentū sic quietat empireū. **R**atio autēz huius est. quia locus ille est regio deputata his qui in oimodo statu sunt et quiete. et ita patet q; nō magis appropinquat motori ut motor est. sed ut ē stabilis. **E**x hac ratioe scilz quia ē ut sit locus beatorū accipitur triplex rō fm q; est triplex eius ppietas. scilz imobilitas. uniformitas et luminositas. **H**ec est rō magis catholica. quia etiā motus celi stellati non est nisi ppter obsequiū hominis uitioris. **V**nde numero electorū cōpleto nō erit āplius reuolutio. **R**euolutiones autem phisice que assignantur de motu celi apud fideles plus habet uanitatis qz ueritatis si qd diligenter inspiciat. **Q**uod enim obicit de assimilatione. **R**ūderi pōt q; illa cā nulla ē sed impletio numeri electorū. **U**el dicendū q; est assimilatio in essendo. et est assimilatio in causando. **V**erbū philo. nō habet ueritatem priomodo. quia deus et motor celi est immobilis. sed scōmodo. quia p sui motum ē causa generationis. **Q**uia ergo empireum non assimilaretur in causando si moueretur et esset unus. simile in essendo. ideo simpliciter dicendū est immobile. **E**t sic patet omnia.

Secundo queritur de empireo quātū ad ututē influētie. **E**t queritur **U**trū empireū influat in hec inferiora: an non. **E**t q; sic uidet.

In quolibet creato qd est pfectū et pletū est substantia. uirtus et opatio. ergo in ipso empireo. si ergo habet uirtutē. aut p quā opat in id qd supra. uel in id qd iuxta. uel in id qd infra. **N**on i id qd supra planū ē. **N**ec i id qd iuxta. quia ipm est super oia corpora. ergo uidetur q; p illā uirtutē influit in id qd in fra. aut uirtus et substantia eius erit otiosa qd est plane incōueniens. **I**tem omnia corpora ppter humanū obsequiū sunt facta. unde sumus nos finis quoddāmodo omniū eorum que sunt. ergo si empireū aliquid est. s' aliquo seruit homini. sed hoc nō faceret nisi aliquid in hec inferiora influeret. ergo **n**e. **I**tem quāto aliquod corpus sitū ē sup' tanto inter corpora nobilius ē. et quāto nobilius tanto potentius et melius. et quāto potētius et melius tāto in agendo et influendo efficacius. si ergo celū empireū est supremū. ergo uidetur q; sit maxie influens in hec inferiora. **I**tem quāto lumē est maius tāto magis se diffundit et multiplicat. si ergo empireū inter corpora est luminosū maxime. ergo maxie diffusiuū. sed lumē illud nō priuatur efficaciat uegetandū et cōseruandū quē admodū nec lumē firmamētū. ergo uidet q; empireū in hec inferiora maxie sit influens. **C**ontra **I**nfluentia celestis corporis maxime consistit in diffusionē luminis et caloris. sed empireū nō calefacit nec ista corpora in inferiora irradiat. ergo uidetur q; nulla influentia sit epirei in hec inferiora. **I**tem corpora que sunt intra firmamentū sufficienter influunt ad uegetationē et generationē in his inferioribus faciendā. ergo si natura nihil frustra facit. uidetur q; alterius celi influentia nulla sit cū nullius sit opportunitatis. **I**tem influentia celi debet esse conformis ei a quo est. debet etiā nihilominus esse conformis ei a quo recipitur. sed celū empireū ē incorruptibile. uniforme. quietissimū. statui et qeti glorie deputatū. hec autē que infima sunt habent omnino oppositas cōditiones. ergo uidetur q; nullo modo sup corpora inferiora influere habeat. **I**tem si influit sup corpora. aut ergo ad nobiliore effectū qd sit influentia octauē sperē. aut ad minus nobiles. aut ad eundē effectū. ad eundem non opz. ad minus nobile non debet cum illud corpus

fit nobilior. ad magis nobile nō pōt. pbatō
ergo nullo modo influit. ¶ q̄ autē non possit
in magis nobiles uidetur. Nam sicut uolūt
philo. i cōiter tenēt uiri philo. Influentia ce-
li est opans ad pductionē aīe sensibilis. s;
supra aīam sensibilē non ē nisi rōnalis. hec
autē nulli corpori est subiecta. imo ē a crea-
tione pura. ergo nullo modo pōt emittēti-
esse influentia q̄s supra aīas sensibilē. i supra
hāc influit firmamentū sufficienter cūz his q̄
sunt infra. ergo uidetur q̄ nulla sit influentia
ēpyrei existētis supra. ¶ Si tu dicas q̄ influit
nō rōne aīe in se. sed rōne dispōnis a parte
corporis. ¶ Cōtra. Aīa rōnalis unītur me-
diatē ui sensitiua i uegetatiua. i corp⁹ dispo-
nitur ad susceptionē aīe mediante plexiōe
equali i spū triplici. s. uitali i naturali i aīali
et ad hec oīa influit hoc celus fidereus suffici-
enter. ergo redit idēz q̄ prius. ¶ Responso
Dicendū q̄ circa hoc duplex fuit opinio. ¶
Quidā nāq; dixerūt q̄ celū empyreū influit
in hec inferiora i influentia nobilissima. Lum-
eniz sit corpus necesse ē influentiā si qua est
esse corporale. Rursus cū sit excellētissimū
inter corpora celestia. influit sup corpora no-
bilissima. i talia sunt corpora hūana q̄ sunt
ordiata ad nobilissimā formā. s. aīas rōna-
les. que maiore i nobiliore dispōnem exigit
in sua materia. Cūz ergo natura lucis dis-
ponat ad uitā. et triplex sit uita fm triplicēz
dīam aīe. triplex erit inflūēs differēs gradu
i dignitate. tres cōdidit deus celos ordiātos
inter se gradu i dignitate non soluz nature.
sed etiā inflūētie. ita q̄ celi fidereus de se
ordiatur ad cōciliationē elemētōrū ad suscep-
tionē uegetabilis. christallinū ad susceptionē
sensibilis. sed ēpyreus ad susceptionē rōna-
lis. Et hoc quidē rōnale uidetur nō solum
rōne ordiā inflūētie. sed etiā rōne conformi-
tatis nature. ¶ Celus eim empyreū est locus
spūaliuz substantiarū. locus etiā corpōz glori-
ficatōz. et quoniā cōueniētia est loci ad loca
tūz uel manifesta uel occulta. uidetur influen-
tia illius celi esse cōsona corpōrib⁹ nostris. i
aīali⁹ amica. nō rōne sui. sed rōne suoz cor-
porūz que pficiāt i informāt. ¶ Alia uero
opinio fuit circa hoc omnino isti cōtraria qui
dixit q̄ celi empyrei i hec inferiora nulla est
oīno influentia. quia nō habēt corpora influen-

tiam nisi fm ordinē cōditoris habito fspēu
ad fines. ¶ Quoniā ergo ēpyreū ad pfectio-
nem uniuersi est cōditū i ut sit locus bono-
ruz. ideo regio illa i lux est a nobis remota
i occulta sicut i ipsa gloria quā p grām ex-
pectam⁹ i amamus i credimus. licz non ui-
deamus. Et ideo dicit q̄ ēpyreū nō est ad
obsequiū homis in p̄sentī. sed ad obsequiūz
ppetuū. nec melioratur. s; uniformiter i sua
dignitate subsistit. Et ideo rōnes adducte
ad ostēdendā influentiā in hec inferiora fm
bos nō ualēt. quia ordiatio illius corporis ad
aliud officiū fm dictamē i impiū cōditoris
hui⁹ influentiā nō admittit. et hoc solū oēs
illas rōnes dissoluit. ¶ Quēlibz hāz opionū
satis p̄babilis ē. que autē sit magis uera nō
plane apparet. Quis eim nouit si dens illi
celo hāc occultā influentiā dedit sup corpora
nostra. tum rōne nobilitatis. tūz rōne con-
formitatis. hoc non ē ut credo facile refelle-
re. nec p uolētiā auctoritatis nec p efficiētiā
rōnis. ¶ Rursus que sit necessitas hui⁹ inflū-
tie. nec rō nec auctoritas manifestat. cū satis
uideatur sufficere alioz inferiorū corpōz influ-
entia. ideo in neutra ptez oīno declinando
uidetur q̄ cūz celi empyreū sit primū crea-
tū iter corpora q̄ ē maximū mole i uirtute.
quia ē maximū mole. oīa corporalia locat p
ābituz i cōtinentiā. quia maximuz. uirtute
cetera uegetat i cōseruat p suā influentiam.
Obmittendo ergo illā influentiā quā dicitur
habere sup hūana corpora. suslineri pōt q̄
aliquē effectū i aliquā influentiā habeat sup
corpora inferiora tanq; primū creatū sup se-
quetia. et rōnes ad hoc iducte sūt cōcedēde.
¶ Qd ergo obicitur de influentia lumis i ca-
loris. Dicendū q̄ influentia lumis potest ēē
duplicitē. uel manifesta. uel occulta. Mani-
festa influentia ē p diaphanū corp⁹. maxie quan-
do sensu p̄cipitur. Occulta influentia est non
solū p diaphanū. sed etiā p opacū. sicut uirtus
stella⁹ est i mineralia que latēt sub terra. ¶
Uel pōt dici q̄ ē influentia mediata i imedia-
ta. i possibile ē q̄ influentia celi fiderei uigo-
ratur ex adiutorio lumis supiorū celoꝝ i uir-
tutez susceptā de supernis deriuat i trans-
mittit ad hec inferiora. i uidetur nobis esse
ppria illoꝝ cū tamē non sit ppria. sed etiam
aliena. Et p hoc patz aliud q̄ non est causa

sufficiēs uirt^o inferior^o celoz nisi p^r aduāctū
superior^o. **¶** Quid obicit de conformitate. Dico
dum q^d conformis ē natura spūs q^d dispōit ad
uitā ipsi luci celesti q̄stū ad puritatē. 7 hac ra
tiōe nata ē recipere. sed nō op^o i oibus cōsare.
¶ Quid obicitur utrū ad nobiliore effectū. Di
cendū q^d fm primā opiniōez q^d ad nobiliore
effectū. q̄a ad generatiōez spūum qui sūt dis
positio ad susceptionē aie rōnalis. **¶** Et si tu
obicias q^d nō sunt alii q̄s illi qui disponūt ad
sensibile. Dicendū q^d 7 si nō sint oīno alii
fm formā. tam sunt priores 7 excellētiōib^o
7 nobilioribus potētis nati ministrare. fm
quā etiā rōez nobiliore op^o ē cōplexiōe et
organisatiōez tā hūani corporis q̄ brutal^{is}.
¶ Pōt tamē sustineri q^d ad eodē effectū īfluūt
nec tamē alter^o eoz supfluit. quia v̄tus celi in
ferioris. 7 īfluētia adiuuatur p^r uirtutē supio
ris. 7 v̄tus superioris opatur mediāte uirtute
7 īfluētia īferioris. ideo neutrum supfluit. sed
ad huiusmodi inferiora conseruanda 7 pfici
enda. uirtus utriusq^{ue} concurrir.

Qonsequēter circa scōz articulū
querūtur quattuor. **¶** Primū ē
Utrū substantie spūales sint in
loco corporeo. **¶** Scdm Utrū
angel^o sit i plurib^o locis simul. aut tātm in
uno. **¶** Tertū ē Utrū sit i loco pūctali. an
cōposito. **¶** Quartū est Utrū plures angeli
possint ēē in eodē loco primo.

Queritur ergo Utrū loci corpo
lis sit locare angelos. **¶** Et q^d
sic uidetur. Dicit **Strab^o** Sta
tim ut factū ē celū empyreū. re
pletus ē angelis. **¶** Itē **Damas.** Celū ē con
tinētia uisibilū 7 inuisibilū. locatur o^{mn}ē empyreo.
ergo. **¶** Itēz omne creatū est de uniuerso
ergo ē intra primū cōtinēs siue ultimū corp^o.
sed supremū corpus abiens dicitur celū em
pyreū. ergo omnis creatura cōtinetur infra
ipm. ergo 7 āgelicus spūs. **¶** Item nulla sub
stantia opatur nisi ubi est eius v̄tus. s3 nulla
uirtus pōt elongari a substantia nisi distātia
pproportionali. nam uirtus infinita nullo modo
elongatur. uirtus uero finita nō pōt elōgari

nisi finite. ergo necesse est angelum ēē ubi
opatur uel ppe. ergo cum opatur i loco cor
porali ut patet i corpore quod mouet. ergo
ibi est uel in loco proximo est. ergo si locus
maxime aptus cōtēplatiōi est empyreū.
uidetur q^d ibi sit. **¶** Item spiritus maligni
in eodem loco tormentoz habebunt collo
cari in quo 7 homines damnati. sicut dicitur
Mathei xxi. Ite maledicti. ergo ab op
positis uel a s^{im}ili in celo angeli cūz beatis
hominibus in eodem loco corporali erunt.
sed locus aptus beatis hominibus est ille q^d
predictus est salz celū empyreū quod est
supremum. quietum. clarū. uniforme 7 spa
tiosum. ergo. **¶** Item maior requiritur
proportio perfectionis ad perfectibile q̄s lo
cati ad locum. sed uidemus q^d substantia
spūritualis adeo pproportionari potest corpo
ri et ecōuerso q^d una unitur alteri ut pfecto
ut patet in homine. ergo multo fortius pōt
una uniri alteri ut locatum loco. ergo cūz ce
lum empyreū sit nobilissimūz corporum
simplicium. uel erit in angelo uel angelus in
eo. sed ipsum non est in angelo. ergo econ
uerso. **¶** Sed contra. **Boetius de ebdo
matibus.** Cōmunis animi cōceptio ē que
omnibus uidetur esse. incorporeum in loco
non esse. **¶** Item **Gregorius.** Locus ani
me deus est. sed non est spūritualior loc^o ani
me q̄s angeli. ergo si deus est locus anime.
7 angeli. **¶** Item ratione uidetur. Quia
loci ad locatum est mutua indigētia. sicut p3
Locatū enīz indiget loco suo ut terra cētro.
7 locus etiā indiget locato unde refugit uacui
tatem. 7 impossibile est q^d locus sit sine lo
cato qui aliquid suppleat indigentiam loci.
sed celum empyreū non indiget angelis
nec aliquis locus. nec similr angelus loco.
quia omni corpore circumscrip̄to. adhuc an
gelus remaneret et fm substantiam 7 fm
operatiōē que est cōtēplatiō. ergo nullo
modo est locus angeli. **¶** Item locus habz
īfluēntiam 7 potēntiam supra locatum. vn
de superiora 7 nobiliora locant minus nebi
lia. sicut patet q^d aqua terram et aer aquam
et sic de aliis. sed corporale non habet ī
fluere in spūrituale nisi fm ordinem iusticie.
sicut in anima peccatrice uel spūritu. ergo spū
ritus non habet locū i corpore nisi p^r culpā.

Item omne locū habet pōdus et inclina-
tiones ad locū. **sed Aug.** dicit q. est pondus
in corporibus. hoc ē amor in spūalibus. **sed**
inclinatio amoris āgelici ē ad bonum spūale.
nō ad locū corporale. ergo nō habet locū cor-
poraliter sed solū spūaliter. **¶ Responsio.**
Dicendū q. celū empyreū locat āgelos et est
locus āgeloz. sicut pōant rōnes ad primam
ptē. **¶ Ad** itelligentiā autē obiectoz ē notā
dum q. locus habet triplicē cōpationē ad lo-
catū. **Cōpatur** ei i rōne cōtinentis. **Secdo** in
rōne mēsurātis. et tertio i rōne cōseruātis. **Cō**
tinet ei ut uas sed mēsurat ut q̄ntitas. sed cō-
seruat ut natura. **¶ fm** hāc triplicē habitudiez
sunt i loco substantie finite. corporales et cor-
ruptibiles. quia finite et limitate sunt in loco
cōtinentē. quia corporales i mēsuratē. q̄a cor-
ruptibiles i loco cōseruatē. **¶ fm** opatiōes du-
as primas sunt i loco substantie finite et cor-
porales. sed i corruptibiles. **¶ fm** primā uero
sunt i loco substantie finite spūales et i corrup-
tibilis ut āgelī. et hoc dico i loco corporali.
Naz āgelī habz locū spūalē cōseruantē. s. dei
vīrūtē. locū mēsurantē siue circūscribentem
pprie substantie et vīrūtis limitationem siue
clausurā. **Locū** vō cōtinentē nō tñ spūalē.
sed etiā corporale. **¶ Rō** aut quare āgelī cō-
tinent i loco siue aliquo ābiere ē ordiatio ptiū
uniuersi. **¶ Si** eiz nō haberēt aliqd cōtinentis.
nō eēt eoz exītia ordiata ad inuicē. nec habe-
rēt ordinē unū ad alterū. hoc aut. nō decz uni-
uersuz nec sūmūz opificē. **¶ Rō** aut quare cō-
tinetur loco corporali duplex ē. **vna.** s. limi-
tatio ipī spūs creati. **Cū** eiz spūs icreat⁹ q̄
de⁹ ē habeat i se simplicitatē p quā est inter
oia. inēsitatē p quā cōtinet oia et ē ex oia cōi-
cat illas cōditiones creature. eaten⁹ quatenus
nata ē rāpe unde simplicitatē cōicat spūi. sed
spūs nō potuit rāpe vīrūtē cōtinentē. **¶ Quia**
eiz simplicitas eius finita ē. ideo ē hic et nūc.
et q̄a nō habz ptē et ptē. ideo fm totū ē hic et
nūc. et ideo nō pōt habere ūlēm capacitatem
reze. **¶ Corp⁹** aut q̄a cōpositū ē et habz ptes
innumerabiles nō potuit picipare simplicita-
tem. sed ppter ptiū extēsiōē potuit recipere
capacitatē. ideo de⁹ fecit unū corp⁹ nobilissi-
mūz q̄d esset natū oia ambire et ex q̄d oīno
nihil esset et hoc ē empyreū. et ideo necesse est
angelū esse intra ipm. **¶ Alia** rō est quia in

solo corpore ē distinctio hic et ibi. **¶ Quia.** n.
creature cetere ordinē habent i mūdo. distin-
ctionē et potentia habent fm gradus. et ita q.
una est hic et alia ibi. una sursum et alia deor-
sum. et in solo corpore ē potentialis distinctio
fm hic et ibi. ideo inter creaturas soli corpo-
ri debuit dari uniuersalis potētia locandi et re-
spectu uisibiliū et inuisibiliū. ut sic uniuersū es-
set unū in oibus suis ptiibus ordinatū. **¶ Et**
sic patet rō duplex quare est data corpori
potentia locandi spūm et spūm cōtineri a cor-
pore. hoc eim exigebat ordo uniuersi. tum
ppter limitationē spūs creati. tum quia i so-
lo corpore distinctio ē fm hic et ibi. **¶ Conce-**
dende sunt ergo rōnes monstrantes q. celū
empyreū est locare āgelos. **¶ Qd** obicit eim
in cōtrariū. priō q. icorporeuz nō ē in loco.
Dicendū q. intelligit de esse i loco sicut mēsu-
ratū in mēsurā. **¶ Qd** obicitur q. loc⁹ āgelī
et aīe de⁹ ē. **Dicendū** q. intelligit de loco cō-
seruatē. nō de loco diffiniēte. et itēz illō nō
cogit q. si deus est locus q. nihil creatū locz
spūm. **¶ Qd** obicitur q. loci ad locatū ē
mutua indigentia. **Dicendum** q. ueruz ē de
his que locatur ppter defectū sui. sed nō ue-
rum ē de his que locantur ppter seruandūz
ordinē uniuersi. **¶ vnde** si queratur **Utrū** la-
pis possit eē ex celū. **Dicendū** q. non. tum
ppter suā indigentia. quia non haberet locū
cōseruatē. tum quia nō patitur ordo uniuers-
si. sed de angelo q. celum nō exeat non ē rō
loci corporalis indigentia. sed corporis ultimi
uniuersalis continentia. fm quā uniuersuz ē
pfectū et ordinatū. **¶ Ad** alias duas rōnes
patz rōsio q. pcedit de esse i loco tāq̄s i cō-
seruante. rōne cuius ponitur influentia in lo-
cante. ponitur etiā inclinatio in locato. **¶ Iste**
aut mod⁹ eēndi in loco cōuenit āgelō.

Secundo queritur **Utrum** unus
angelus simul et semel sit i pluri-
bus locis. an tantū in uno. **¶ Et**
q. in plurib⁹ uidetur priō p **Aug-**
ustinū qui dicit **Angelus** ibi est ubi uult. in
libro de ciui. dei. sed existēs in celo uult esse
in terra. ergo existēs in celo ē in terra. ergo
simul est i pluribus locis. **¶ Itez Damas.**
dicit q. ibi ē ubi opatur. sed āgelus uel ē uel

potest esse motor celi, et motor operatur super totum mobile. ergo unus angelus in utraque parte circumferentie celi potest esse simul et semel. ergo si magis distat una pars circumferentie ab alia quam celum a terra. patet. **¶** Item quanto aliquid simplicius, tanto et in pluribus reperitur. Et ratio huius est, quia tanto magis recedit a coartatione, et magis appropinquat ad diuinum esse quod ubique est. ergo si angelus inter creaturas maxime ad deum appropinquat, uidetur quod simul et semel in pluribus locis esse possit. sicut uero propter suam simplicitatem est ubique et semper. **¶** Item glorificatus spiritus non habet cogitationes uolubiles, imo potest per donum glorie simul multa cogitare, sed intellectus per naturam in unico instanti non aspiciunt nisi ad unum intelligibile, et per gloriam simul uidet multa. ergo pari ratione uidetur quod angelus glorificatus simul possit esse in diuersis locis. **¶** Item corpus nunc potest eleuari per gratiam, nec per unionem ut sit excelsus spiritu glorioso. sed corpus christi propter gratiam uniois potest esse in locis diuersis, ergo pari ratione ut uidetur et angelus gloriosus. **¶** Contra. Ambrosius in libro de spiritu sancto. **¶** Omnis creatura certis sue nature est circumscripta limitibus, sed quod potest esse unum et idem totum et per totum, ita in hoc loco quod etiam in alio non est circumscriptum, ergo uel angelus non est creatura, uel si sit in pluribus locis simul esse non potest. **¶** Item Damascenus in libro primo Angelus dicitur esse in loco quia adest intelligibiliter et circumscribitur ubi et operatur, non enim potest per se idem in diuersis locis operari. **¶** Item si angelus simul esset in diuersis locis non indigeret mitti nec moueri, sed mouetur angelus sicut per scripturam uerum et non testis, ergo. **¶** Item si angelus simul et semel esse posset in diuersis locis, simul et semel posset in uno loco tacere et in alio loco loqui, in uno moueri et in alio quiescere, ergo duo opposita simul et semel erunt uera de eodem. **¶** Item ponatur eundem angelum simul esse parisiis et rome. Quero utrum de urbe possit ire parisiis. Si non, quero quid impedit. et non est dare. Si sic, sed nihil mouetur ad id quod habet, ergo non potest ire parisiis. Aut si uadit parisiis et ibi se inuenit, simul fuit prius presens et absens, et post hoc est ibi presens, que omnia sunt inconuenientia et absurda, ergo. **¶** Responsio. Dicendum quod cum angelus habeat esse indi-

uiduatum habet esse hic et nunc, quia hoc habet esse limitatum et uirtutem limitatam habet esse in uno hic siue in uno loco tantum, quoniam ergo tam indiuiduatio quam limitatio naturaliter et inseparabiliter inest angelo, hic est quod angelus simul et semel oportet esse tantum in uno loco, et hoc dicunt auctoritates et rationes phant, et ideo concedende sunt per hoc quod uerum concludunt. **¶** Ad illud quod obicitur primo, quod ibi est ubi uult. Dicendum quod illud non est dictum per concomitantiam simultatis quod in eodem instanti in quo est uelle, esse in quocumque loco sit esse, sed ideo dictum est quia esse in loco nolit sequitur uelle sine mora temporis magna, propter uelocitatem angelicam ut Damascenus dicit. **¶** Sequitur etiam esse in loco tali uel tali uelle angeli ad nutum, quia angelus non uult nisi quod competit nature sue, unde non uult ibi esse in instanti, sed in eo tempore in quo scit se posse peruenire. **¶** Eo modo intelligendum est uerbum predictum de corpore glorioso. **¶** Ad illud quod obicitur, quod ibi est ubi operatur. Dicendum quod operari alicubi est dupliciter, uel mediate uel immediate, immediate utputa anima operatur in manu, sed mediate manu anima naute operatur in tota navi, quia mouendo manum mouet remonem, et mouendo remonem totam nauem mouet, nec tamen oportet quod sit in tota navi, sed ubi operatur primo. **¶** Per hunc modum intelligendum in proposito, quod et si angelus esset motor celi uel mouens, primo moueret unam partem sicut illas super quam esset influentia motoris, et in illa esset motus in tota re mobili uel mota. Sic etiam intelligendum est de angelis qui subuerterunt sodomam. **¶** Ad illud quod obicitur de simplicitate. Dicendum quod esse simpliciter est dupliciter, aut per priuationem partium compositum in esse nature, aut per priuationem partium constitutum in esse diffinitio siue in genere. Quando ergo dicitur quod quanto aliquid simplicius, tanto in pluribus, hoc dicitur de simplicitate secundo modo quam scilicet habet genus respectu speciei, et ideo in pluribus reperitur quam species. Cum autem dicimus angelum simplicem, hoc est secundum aliud genus simplicitatis, ideo nihil ad propositum. **¶** Ad aliud quod obicitur de pluralitate cognoscibilium que intelligit simul

et semel. Dicendum q. nō est simile duplici
rōne. quia uis cognitiua magis efficitur dei
formis p. gloriam. q. uis motiua motu exte
riori. Preterea aliud est q. deus et exemplar
diuinum in glorificatis est ratio cognoscendi
fm rem et essentia. ideo intellectus glorifi
catus multa cognoscit. ita q. non dispigitur.
sed circa unū colligitur. sed angelū eē in plu
ribus locis hoc non potest esse p. collectionē
uitantis ad unū locum. sicut intellectus ad
unū primū cognoscibile. et ideo non est si
mile. Ad illud quod obicitur de corpore
xpi. Dicendum q. non est locus a minori nec
a simili. quia corpus xpi in pluribus locis ē.
quia multa cōuertūt in ipm. Et si queras
quare magis congruit aliqua in ipm cōverti
q. in aliud corpus. Ratio huius est. quia ē
cibus i quo unūtur et reficiūt oia membra
xpi. Et si queras. quare cib⁹ ē huiusmo
di. Eadez questio ē de carbone quare cale
facit ppter cōiunctionem cū igne. sic caro
xpi repleta ē dilectiōe ut carbo ignit⁹ igne.
et hoc tactū ē diffus⁹ i prio libro et i quarto.

Quarto queritur de mō essendi
angelum in loco. Et queritur
Utrum sit in loco imptibili si
ue punctali. Et q. sic uidetur.
Damas. dicit q. angelus est in loco nō signi
ficaliter. sed intelligibiliter. cū ergo nihil ipi⁹
loci sit infigurale et intelligibile nisi punctus.
est in puncto. Itē pportio debet eē locari
ad locū. sed āgelus est simplex et iptibilis.
ergo ei debetur locus simplex et iptibilis. sed
hic ē solus punctus loci. ergo. Itē ponā
mus angelū eē in loco i quo minori nō potest
eē. Quero aut ille loc⁹ ē ptibilis aut iptibi
lis. si ptibilis. ergo cū āgelus sit simplex. er
go adhuc pōt eē in minori. q. si non pōt esse
in minori. uidetur q. ille sit iptibilis. s. nihil
est iptibile i loco nisi punctus. ergo. Itē
q. recipitur i aliquo recipitur ibi p modū re
cipiētis nō p modū recepti. si ergo āgelus ē
in loco ptibilis ē ptialiter. sed ipossibile est an
gelus recipere ptiōez. ergo. Itē si āgel⁹
est in loco ptibili tāq. in prio loco. aut ergo
est tot⁹ in qualibz pte. aut ē ita i toto q. ps
est i pte. si tot⁹ est in toto ita q. ps in pte.

ergo ē ptibilis. si ita q. in qualibz pte. cum
ergo ptes loci sint multe. erit i plurib⁹ locis.
Si dicas q. est i omnib⁹ illis tāq. i loco uno
sicut aia est i omnib⁹ ptib⁹ corporis. Contra.
Eito q. corpus illud diuidatur et locus
in quo est angelus. cōstat q. nihilomin⁹ pōt
esse in oibus ptib⁹ cū non pēdeat in aliq. pte
pripialit. et si hoc cū sit ibi locoz mltitudo.
erit āgelus i pluribus locis. Contra. Pūct⁹
non ē loc⁹ nec ps loci. ergo q. est i puncto uel
in loco punctali nō est i loco. Itē pūctas ue
didit philo. ē substantia posita. i. eēntia ha
bens positionē in quo differt ab unitate. er
go si āgelus ē in puncto fm positionē puncto
cōuenientē. ergo āgelus habz positionē. sed
forma habes positionē in materia nō ē mo
tor sufficiēs et in quo ē. ergo. Itē si
angelus est in puncto prio. ergo inluit uirtu
tem supra pūctū. ergo cū punctus sit i ppor
tionalis corpori. ipossibile ē q. uirt⁹ eius se
extēdat ad corpus. ita nūq. mouebit cor
pus. Itē aia est i toto corpore. sed hoc nō
facit unio. quia ex hoc ipso habet depēdētiā
et ita artationē. ergo hoc ē rōe simplicitatis.
cū ergo āgelus sit eque simplex uel magis
q. aia. uidetur q. multo fortius i maiori lo
co uel equali totus possit eē. Responsio
triplex fuit circa hoc positio. Fuerunt eiz
qdā dicētes q. āgel⁹ q. uis sit i loco corpora
li nō tamen est in loco corporaliter sed spi
ritualiter. quoniam uero non est in loco situali
ter. ideo nec fm totum nec fm partes. nec ē
imptibile. quia nulla est omnino cōmensura
tio angeli ad locum. Sed illa ratio non in
telligibilis esse uidetur quo modo scilz aliqd
possit esse in aliquo et diffiniri et contine
ri. nec tamen primo imēdiate sit in toto uel
in parte uel iptibil. Omne enim quod est
in aliquo toto. uel est ratione totius. uel rōe
alicuius partis. et ideo fuit circa hoc. Scda
positio scilz q. angelus est in loco iptibili si
ue punctali. Et ratio eorum erat illa. quia
angelus habet materiam omnino differentē
a corporalium materia nisi fm esse. scilz q. a
non est extensa. unde cum materia sit sim
plex ut punctus. de se dicunt angelum habe
re simplicitatem pportionalē puncto. et
ita in loco punctali. Sed hec positio falsa
est et non intelligibilis. Quicquid enim sit

de materia sicut infra dicitur. hoc tamen est
nerum q. omnis locus corporeus est pibil.
ergo sicut est oppositio in adiecto dicere cor
pus iptibile siue punctale. ita 7 dicere locum
punctalem. et iterum cum punctus non sit lo
cus ponere angelum in puncto est ipsum po
nere non esse in loco. ¶ Et ideo e tertia po
sicio. q. angelus cu contineatur a loco corpo
rali q. est in loco pibili tanq. in loco prio. 7
quoniam non potest extendi in eo. ideo ne
cesse est q. sit in toto. ita q. totus in toto et
tотus in qualibz pte. et in hoc est similitudo quod
dammodo simplicitas angeli simplicitati di
uine. Sed deficit. quia angelus in uno loco
tantum est. deus autem ubiq. ¶ Ex hoc di
cit **Io. Damasc.** q. angelus est in loco corpo
rali. sed intelligitur non figuratiter. quia hoc
solum capit intellectus quo modo uidelicet
substantia tota sit in pibus et tota in toto.
et ita patet responsio ad uerbum **Damasc.**
¶ Quid obicitur. q. debet esse proportio.
Dicendum q. non oportet q. sit proportio
fm spetiales condiciones et proprietates an
geli uel loci. quia angelus non ponitur esse
in loco proprie. est tamen ibi proportio quo
ad finitatem et limitationes. per que duo an
gelus diffinitur et est in loco. Sicut eniz an
gelus habet uirtutem finitam et substantia.
sic locus eius artatus est et limitatus. ¶ Quid
queritur de hoc. si ponatur angelus in loco
in quo minori non possit esse. ¶ Dicendum
q. in hoc differt existentia angeli in corpo
re et anima. q. anima que est perfectio cor
poris nati uiuificari uita rationali. et illud est
in determinata quantitate. ideo potest esse in
corpore ita p. q. non in minori. quia min.
non esset organale et uiuificabile. angelus
autem quia non est ut perfectio et simplex
est. quia in qualibz parte loci est totus quan
tumq. parua est. ratio loci saluatur in qua
libz. non potest accipi locus ita p. q. ad
huc possit esse in minori. et ideo non e dare
in quo minori non possit esse. est tamen dare
in quo maiori non potest sicut et anima. q. a
hoc uenit ex limitatione. sicut ergo in cor
poralibus status est in ascendendo. sed in di
uidendo nunq. est ponere statum. nec unq.
deuenitur ad iptibile. sic intelligendum est cir
ca existentiam angeli in loco. ¶ Quid obicit

q. est per modum recipientis. Dicendum q.
uerus est ut receptus dependet a recipiente.
sicut species recipitur in organo recipitur et
in intellectu. et existentia eius pendet ex eo
in quo recipitur. et se habet ad illud p. modum
informantis. hinc est q. recipit modum sue
existentie ab eo in quo recipitur. non sic an
gelus recipitur a loco. quia non pendet ex il
lo. ¶ Quid obicitur. si totus est i qualibz
pte loci cum sint plura loca. ¶ Dicendum q.
tотus e in qualibz pte. nec tamen in pluribus
locis. sicut nec anima dum uiuificat totum cor
pus non uiuificat diuersa corpora. sed unum.
¶ Quod autem obicitur. esto q. corpus illud si
ue locus in quo est angelus diuidatur. Di
co q. si diuideretur in mille ptes. dum tamen
ptes non sequestreretur longe ab inuicem. totus
esset in omnibus. et omnes essent ei un. lo
cus. quia adhuc habet rōez ambiendi uel dif
finiendi angelum fm illud q. complectit om
nes ptes. Locus enim non numeratur fm
numerum corporum locantium. sed in cōpōitiōe
ad locatum. sicut patz. quia unus corp. pot
est prim in aere. prim in aqua. prim in terra.
nec tamen in tribus locis. sed in uno est.

Quarto et ultio queritur. An
plures angeli possunt simul ee
in eodem loco primo. ¶ Et q.
sic uidetur ratione multiplici. et
prima est hec. Angelus non est in loco cor
poraliter sed spūaliter. ergo cum dicit philo
tertio de aia q. anima est locus spūs in quo
seilz sunt spūaliter. Similis est modus exi
stendi angelus in loco 7 spēm in anima. sed in aia
possunt ee plures spēs ita q. una non est in
alia. ergo pari ratione plures angeli in uno
loco corporali. ¶ Item angelus non e mio
ris simplicitatis q. punctus. sed duo puncta
possunt ee simul. ergo et plures angeli. Pro
batio minoris. Philo. dicit q. cōtigua sunt
quorū ultima sunt simul. et dicit q. siml. sūt
quecūq. in eodem loco primo sunt. ergo cū
cōtingat lineas contiguari et ita ultima esse
simul. ergo duo indiuisibilia sunt simul.
¶ Item p. aliud simile. quia angeli sunt lūia
spūalia sicut dicit **Dionysius.** sed lūia cor
poralia q. sunt minoris simplicitatis 7 magia

depēdet a loco corporali simul sunt. sic dicit
Dionys. Et plures spēs in eodē medio sūt .
 sicut patet pari rōne. imo fortiori plures an-
 geli in uno loco. ¶ **Ite** rōnalis aia magis
 appropinquat sibi corpus in quo toto ē. q̄ an-
 gel⁹ locū. quia maiori nexu unitur. s; demō
 pōt obsidere et ēē in. e. corpore cū aia. ergo
 ¶ **Ite** sancti dicūt ut infra habebitur. q̄
 corpus gloriificatū p̄trāsīt p̄ nō gloriificatū.
 ergo possunt simul ēē duo corpora. ergo mlti-
 to fortius duo spūs. ¶ **Si** dicas q̄ nō ualet in
 spiritibus. quia unus nō ē materialis respe-
 ctu alterius. sicut corpus nō gloriificatū re-
 spectu gloriificati. ¶ **Obicitur.** ¶ **Lunt** sic siml
 duo corpora aia quorū unū sit gloriificatū
 et alterū nō. ¶ **Stat** q̄ due aie sunt simul et tū
 una nō est materialis respectu alteri. ergo
 pari rōne duo spūs. ¶ **Ite** spūs rōnalis nō
 occupat locū. intelligam⁹ eim q̄ locus sit ua-
 cuus a corpore. et ponatur ibi spūs. nihilomi-
 nus erit uacu⁹ sicut prius et natū tantū scipe
 q̄tū prius. ergo cū eque bene possit ibi ēē
 corpus sicut si nō ēēt spūs. pari rōne uidet⁹
 q̄ et alius spūs. ¶ **Contra.** ¶ **Strabus** dicit et
 habetur in littera. q̄ statū cū empyreū ē factū
 repletū est sanctis āgelis. sed nō ē repletū
 quo ad uacuitatē. ergo quo ad ornatus tota-
 litatem. ergo loca distincta et diuersa habēt in
 empyreo. ergo si eos ita pduxit deus sicut
 nati sunt ēē. nō ergo in eodē loco nati sūt
 esse. sed in diuersis. ¶ **Ite Aug.** de fide ad
Petrū. In est singulis spiritib⁹ natural⁹ ter-
 minus quo ad se iuices distiguntur. et unus in
 altero nō ē. ergo distincti sunt p̄ terminos na-
 turales. ipossibile ē eos simul et in eodē lo-
 co simul existere. ¶ **Ite** locus dicit⁹ ad lo-
 catum relatione essentiali. ergo cū multipli-
 cato uno relatinorū multiplicatur alterū. tot
 sunt loca quot locata. eo mō quo loc⁹ dicitur
 ad locatum. ergo tūz locus angeli dicitur ad
 locatum p̄ modum mensurātis et p̄ modum
 diffinitis. ergo quot sunt angeli diffiniti tot
 sunt loca diffinitia. ¶ **Ite** sicut se habet
 locus ad locatum et eōuerso. ergo sicut unū
 locatū ad plura loca ita unus locus ad plura
 locata. sed unum locatum ut angelus nō pōt
 esse in plūb⁹ locis. ergo un⁹ locus nō potest
 esse plurium angelorū. manifest⁹ ergo et.
 ¶ **Responsio.** Ad predictam questionem

dixerunt aliqui. q̄ angeli poterant plures ēē
 simul nullo repugnante. et hoc propter suā
 simplicitatem. et propter hoc q̄ locū nō re-
 plent ratione sue spiritualitatis. ¶ **Vnde** nec
 minuerunt loci capacitatem. quēadmodū nec
 lumina nec ydola i medio. nec species in ani-
 ma. que in eodem et fm̄ idem sunt in multi-
 tudine. nec tamen ponitur ydolum in ydolo
 nec lumen in lumine. sic dicant se habere in
 proposito. ¶ **Nec** cogit obiectio de repletionē
 celū. quia hoc dictum est propter spirituum
 multitudines. nec de uirtute siue loco sp̄ritu-
 ali. q̄a semp distinguunt⁹ pp̄ria uirtute et na-
 tura. nec unus illabitur alio. nec de relatiōe.
 quia unius ad alterum nō est habitudo nec
 dependentia necessitatis. sed solus cuiusdā
 congruitatis. ¶ **Alii** dixerunt q̄ quīs an-
 gelus spiritualiter sit in loco. tamen plures
 angeli in eodem loco simul esse nō possunt.
 repugnante habitudine distinctionis que est
 loci ad angelum. ¶ **Sicut** enim due species al-
 bedinis in eadem anima esse nō possunt.
 nō propter hoc q̄ repugnet repletio. sed
 propter hoc q̄ repugnat ipsius anime in-
 formatio. quia informata specie albedinis nō
 potest iterum consimili specie informari.
 ¶ **Similiter** in proposito locus diffiniens ali-
 quid nō potest aliud q̄. e. modo est in loco
 diffinire. ¶ **Vnde** sicut unum corpus nō potest
 perfici a duabus animabus. sic nec un⁹ locus
 primus deputari potest duobus spiritibus.
 ¶ **Sed** melius istam questionē terminare pos-
 sumus si respiciamus ad rationem ob quam
 angelos ponimus in loco corporali. hoc eiz
 nō est propter indigentia angeli. quia om-
 ni corporali loco destructo posset sp̄ritua-
 lis substantia pmanere. ¶ **Nec** hoc etiā ē pp̄-
 ter indigentia loci. quia per presentia an-
 geli nulla remouetur indigentia loci. sed hoc
 ē propter ordines uniuersi. ¶ **Quoniam** ergo
 angelus locū nō occupat. angelus indigē-
 tia loci corporalis nō terminat. nec simplici-
 ter nec in pte q̄tūz ē de speciali natura eius
 et loci. nihil prohibet plures spiritus sūt esse
 sicut plura ydola uel species in anima. ¶ **Sed**
 quoniam ordo uniuersi ita tollitur p̄ oimodas
 indistantiam sicut p̄ distantia infinitā. sicut
 nō patitur ordo uniuersi ut angelus infinite
 distet ab angelo. immo omnes intra unam

circūferētiā celi ultimi claudūtur. sic nō patit
q̄ angelus in eodē loco primo simul sit cum
angelo. Et ex his patet obiecta. ¶ Quid
eīm obicitur de spēs in anima et pūctis et
lumiariis. patz respōsio q̄ non est simile.
p̄ eo q̄ diuerse spēs indigentias nō cōplēt.
non sic plures angeli indigentiam loci. Am-
plius non sic attenditur ordo in illis q̄tū ad
existētiā in loco sicut in angelis. ¶ Similr
sequētia duo non ualent. quia nūb̄ ē ibi q̄
repugnet ordini uniuersi. quia demon et alia
sunt in corpore diuerso modo essendi. et cor-
pus non glorificatum est materiale respectu
glorificati. Ultimū uero concludit a pte na-
ture angeli. sed aliud ē q̄ ipedit.

In Parte ista sunt dubitationes
circa litteram. ¶ Et prio q̄ritur
de hoc q̄ dicit. Tu me lauda-
rent astra matutina. ¶ Dicit
eīm hoc de āgelis intelligi. Sed circa hoc ē
quod dicit Damasc. Tribuit sibi consimilia
sermone sine uoce plato. si ergo angeli non
loquuntur. ergo non laudant. ¶ Itē angeli
sunt substantie spirituales. ergo non habent
organa corporalia. ergo nec uocē possūt for-
mare. ¶ Itē uox formatur ex pūssione et
fractione aeris. si ergo in empyreo nō ē aer.
ergo non uidetur q̄ possit ibi eē uox nec so-
nus. ergo nec laus non solum ab angelis. ue-
rum etia nec ab hominib⁹ beatis. Si dicas
q̄ intelligitur de laude mentali. non uocali.
¶ In cōtrariū fuerūt reuelationes sanctorū
qui audierunt multas animas. maxie exem-
plū ē i beato Martino quē audiuit vir san-
ctus cū laudibus ferri in celū. ¶ Itē in con-
trarium ē auctoritas ysa. vi. Clamabat al-
ter alter. et in apocalyp. quarto. Re-
quiem nō habebant. ¶ Itē ratio uidet illō
psuadere. quia ibi erūt organa uocū. et hoc
maxima ē iocunditas. et in hoc manifestatur
maxime diuina gloria. ergo uidetur q̄ laus
uocalis erit in patria. ¶ Respōsio. Dicu-
duz q̄ sup hoc non habet certitudo nec per
auctoritates. nec p rōnes cogentes. Cū eis
utraqz ps sit p̄babilis. utraqz teneretur a di-
uersis. ¶ Quidā nāqz dicūt. q̄ i celo ēpyreo
non erit nisi laus metalis tā ab āgelis q̄ ab

hominib⁹ beatis. tum quia nō cōpetit loco. tū
quia non cōpetit locatis maxie angelis. ¶ si
angeli sunt monstrati laudare uocaliter. hoc
fuit p uisionē imaginariā. nō corporalē. nec
opz huiusmodi corporalē laudē esse. q̄ tāta
erit metalis q̄ hoc locū non habebit. ¶ Alia
magis placet q̄ laus uocalis erit in prima q̄
tum ad homines qui habebunt organa. ut sic
nō solum animus laudet deum. uerū etiam
lingua. et totus homo feratur i laudē diuiaz.
¶ Et si queratur. quō hoc possit esse. ¶ Dicit
uel q̄ illa uocis formatio nō erit p inspirati-
onem et respirationem. sed p aerē qui quasi
naturaliter erit beatis complacatus. sicut p̄
in quibusdā aialibus. ut in apibus. uel certe
ita definit empyreum glorificatis sicut aer
corporibus nō glorificatis. ¶ De angelis p̄o
dicūt. q̄ quia in corporib⁹ sunt p naturā pro-
p̄iam nō competit eis nisi laus solum men-
talis. ¶ vnde Grego. Laus angeloz ē i ipā
admiratione cōtemplatiōis. sed quia angeli
dum ministrāt nobis corpora. assumunt iad
nostz solatiū. et in illis loquūtur et nocēs for-
mant ad nostram instructiōem aliquādo. ita
etiam in illis uocaliter deum laudant ad no-
stram consolationem. ¶ Quēcūqz ps teneat
tur satis plana est solutio obiectoz. ¶ Que-
cūqz istarum positionum teneatur. planum
est q̄ textus Job intelligitur de angelis bo-
nis. qui dicuntur astra propter fulgorez ma-
tutine cognitiōis quam habent in uerbo. et
de laude mentali quantum ad exultationem
quam habent de deo. ¶ Item queritur de
hoc q̄ dicit Lucifer. Ascendam in celum.
Luz enim esset in empyreo. uidetur q̄ ultra
empyreum sit aliud celum. ¶ Si dicas q̄ nō
est aliud celum corporale sed spirituale. ¶
Contra. Extra ultimum celum corporale
nihil est. quia est continentia uisibilium. er-
go et inuisibilium. ergo non uidetur q̄ sit
aliud celum spirituale ultra empyreum quiz
etiam sit aliud corporale. ¶ Item ch̄ stus
sedet a dextris dei. et beata uirgo est exal-
tata super omnes choros angelorum. et taz
christus q̄ beata uirgo est in celo corporali
ergo si angeli sunt in empyreo. uidetur q̄ ul-
tra empyreum sit aliud celum corporale. er-
go nō intelligitur de spirituali. ¶ Quero igit
si ultra empyreum est cel. m̄ spirituale. q̄d

fit quid contineat et p quanto dicatur celū.
Responsio. Dicendū q celum est nomen
 ipositum corpori fm suā primā ipositionez.
 et corpus qd est sursum dicitur celū. quia cō
 tentius. secretum et quietum. et quia hec tri
 plex pprietas repitur in celsitudine diuini
 tatis. ideo ipsa dicitur celum. Est eim āpla
 immensitate uirtutis. secreta pfunditate co
 gnitionis. queta trāquillitate delectationis.
 hoc est celum ad quod Lucifer ascendere vo
 luit. quia ad hanc celsitudinem hoc est sup?
 omni celo non situ. sed dignitate. et maius ē
 omni celo non extensione. sed sua imensita
 te p quam est extra omnia non exclusus. si
 aut dictum est in primo libro. In hoc autē
 celo sunt solum tres psonae. s. pater et filius
 et spiritus sanctus. qui soli sunt omnino i p
 fecte equales. Omnia autē creata siue cor
 poralia siue spiritalia intra empyreū sunt.
Quod obicitur de xpo q sedet a dextris.
 Dicendum q hoc si dicatur fm diuinam na
 turam dicitur p omnimodam equalitatem.
 Si autem fm humanam. sic dicitur sedere a
 dextris. quia in potiorib⁹ bonis patris. vnde
 de in empyreo ceteros excellit tam angelos
 qd homines. et loco et dignitate post ipsum
 credimus beatam uirginem super oēs alios.
 et deinde ceteri ordinantur fm dignitates me
 ritorum. Diuisimodi autem imaginatio fa
 ciliter potest haberi si quis imaginetur aues
 in aere fm ordinem. et pisces in aqua. sic in
 empyreo intelligenda sunt collocari corpora
 quia corpus illud mltum habet de altitudine
 sicut et alii celi. vnde non debet quis ima
 ginari q ibi sint beati sicut in solario. nec ta
 men itelligendū q unus sit directe sup ca
 put alterius. sed sicut si esset mons rotundus
 et aliquis esset in culmie. et aliqui circū circa
 sic potest aliquis imaginari q melius possit
 dispositionem bonorum in celo empyreo et
 christi. uix tamen potest aliquis imaginari
 q pertineant ad cogitandum dispositionez
 per eum modum per quem est. et ideo ma
 gis est desideranda qd in imaginatione de
 scribēda. **N**ota tamen q in dispositione
 celorum siue numero uidentur contradicere
 doctores sacre scripture philosophis. **N**az
 philosophi speras octo eē dicunt. doctores
 aliqui nouem ponunt. Aliqui octo. aliq vij.

celos. et iterum sibi ipsia uidentur contrari
 ari. **R**atio autem huius contrarietati
 est. quia philosophi nihil de empyreo sū
 locuti. nihil etiam de igne et aere quando lo
 quunt de celis. scriptura sacra etiam aere
 celum appellat et aquas. supra celum et ip
 empyrenm et ipsum deum. **R**atio autem
 diuersitatis inter doctores ex hoc uenit. q
 quidam numerant celum spirituale cum cor
 poralibus. ut Beda. Quidaz uero omittūt
 ulterius. quidam diuidunt firmamentum in
 duo. scilicet in celum sydereum et planetariū.
 Quidaz coniungunt similiter aereū i duos.
 quidam coniungunt similiter de igneo. tam
 fm cōmuniōem in compationem nouem po
 nuntur celi largissime accipiendo scilz aereū
 ethereum. igneum. olympiū. celum plane
 tarum. firmamentum. aqueum. empyreum et
 celum trinitatis. horum autem sufficientia
 patebit infra.

Distinctio tertia.

Ecce ostēsum ē q. Supra egit
 Magister quando et ubi creati
 sunt angeli. In hac parte ostē
 dit quales facti sunt. **E**t quo
 niam qualitas angeli potest attendi. aut qd
 tum ad naturales habilitates siue qualitates
 respicientes dispositionem nature. aut me
 ritum. aut premium. ideo hec pars tres ha
 bet partes. **I**n prima determinat de pri
 mis. scilicet de attributis. **I**n scōa de habiti
 bus malitie et bonitatis. **A**lud quoqz inue
 stigatōe q. **I**n tertia de habitibus beati
 tudis et miserie. ibi **D**e quattuor post hoc
 uidendum utram beati. **P**rima pars ha
 bet tres. **I**n prima enumerat et distinguit
 illa attributa. **I**n scōa ostendit qualiter re
 ciunt magis et minus. ibi **N**ic considerā
 dum est q. **I**n tertia ostendit in aliquibus
 aliis equalitatem. ibi **E**t sicut et in predictis
 angeli differebant q.